



**R.P. Valerii Reginaldi Bvrgvndi Seqvani E Societ: Iesv,  
Praxis Fori Poenitentialis**

Ad Directionem Confessarii, In Vsv Sacri sui muneris ...

**Regnault, Valère**

**Mogvntiæ, 1617**

Cap. 3. In quo explicatur an aliquando liceat interficere innocentem,

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78332](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-78332)

tur imponenda Confessarij arbitrio. De obligatione ad restitutionem quæ iure naturali ab homicida incurritur, egimus libro decimo cap. 20. in priore parte capit. Ex-communicatio autem quæ ob percusserum Clerici imponitur, exposta est à nobis in appendice ad primum li- brum. Ea vero quæ in cap. 1. De homicid. in 6. imponitur occidenti Christianum per Assassinos, omittere possumus tanquam iniustitiam: iuxta ea quæ habent Sylvest. in verbo Assassini, & Nauar. in Enchir. cap. 27. num. 135. §. 29. & expresse nota Coriar. in lib. 2. var. refol. cap. 20. nu- mero 10.

24. **QVINTA QVÆSTIO.** An aliquæ dentur cauæ ex-  
cussantes homicidium à peccati malitia, saltæ mortali. Ad  
quam repondetur: tres tales assignari posse: iustitiam, ne-  
cessitatem, & inconsiderationem. Propter iustitiam enim  
licet interficere malefactores, eo modo quo expofitum  
est in priori parte huius capituli: & indicat illud Pſal. 100.  
In matutino interficiebam omnes peccatores terra.] Pro-  
pter necessitatem vero, licet alium occidere, ad propriam  
aut alienam defensionem, eo modo quo poſtea expone-  
tur. Propter inconsiderationem demum, qui alterum oc-  
cidit, excusat̄ a peccato homicidij in sex casibus. Primus  
est, quando iſi qui occidit, furiosus eſt, aut mente captus.  
Secundus, quando eſt puer ante vſum rationis. Tertius,  
quando eſt dormiens, qui tres casus habentia in Clemen-  
tia De homicidio. Quartus, cum est sita cibruſ vte ni-  
mia ebrietate priuetur vſu rationis. Quintus, quando in-  
terficit ex ſubito motu ante omnem rationis deliberatio-  
nem. Sextus, quando cauū & præter intentionem interfici-  
cit: idque, ſiue dando cauam non efficacem, id eſt, ex qua  
non folet ut plurimum ſequi interficio, vt ſi in fixaſta a-  
licui vulnus non lethale, & ſecuta eſt mors, vel malitia  
Medici, qui noxia appofuit: vel negligencia eiusdem, vel  
temeritate laſi qui oportuna remedia adhibere noluit.  
Pro quo facit cap. Significasti 2. De homicidio. Siue etiam  
dando cauam efficacem quidem, ſea periculoſam: ſed  
cautione ſufficienti adhibita ne inde aliquid incommodi  
ſequeretur: quia talis diligenter abſtergit periculum. Pro  
quo facit cap. Tua nos, De homicidio.

Obseruandum est itaque, totam rationem peccati, si qua in istismodi casibus inueniatur sum ex negligientia illius qui interficit: siue es dum interficit, det operam relicita, siue re illicita: adeo ut ille qui prater intentionem interficit, si in praecauendo non sit negligens, etiam si facit rei mortaliter illicite, non committat mortale homicidium: si negligens sit, crassa seu magna negligentia, committat homicidium mortale. Sin vero sit negligens leui tantum negligencia, committat solum veniale. Quae doctrina est. Calet. 2. 2. quæst. 64. art. vlt. Sot. lib 5. De iust. & iure, quæst. 1. art. 9. Natur. in Enchir. cap. 27. num. 237. & Couar. ad memoriam Clemenc. pat. 2. §. 4. num. 10.

Illus autem fundamentum est, quod in eiusmodi casibus, occisio non sic voluntaria, nisi in sua causa, qua est negligientia ipsa, cuius proinde tantum ratione, illa potest ad culpam imputari. Atque hinc, quando adulterii est in causa vxoris a marito interficeretur, si id casu contigerit, & prater omnem expectationem ipsius; licet sit reus adulterii, non est tamen homicidij. Non refer vero, quod forte actio praedicta coniunctum habeat periculum homicidij; quia quamvis possit quis contra charitatem peccare, id volendo, quod est coniunctum cum damno proximi: tamen si adhibita fuerit sufficiens diligentia, ut periculum ipsum viretur, vtque dominum non sequatur, excusatio est a tali peccato: quia ad peccatum requiriuntur consensus, qui nullus tunc est in homicidium. Nec enim homicidium sub voluntate cadit tunc directe, quia ex hypothesi contingit preter intentionem: neq; indirecte, quia, ex hypothesis quoque, adhibita est ad illud caendum omnis diligentia; ita ut deest negligenter ob quam censeri possit quis voluisse indirecte. Quanquam quia occidens perci-  
tus sit, diligentiam raro adhibet, soler in foro exter-  
no prasumi homicida: in interno autem

## C A P V T I I I .

*In quo explicatur sitne aliquando licitum interficere innocentem.*

## S V M M A R I V M.

- 25 Nunquam licitum est directa intentione occidere innocentem.

26 Quando licet vel non licet in bello iusto innocentes occidere cum nocentibus.

27 Non licet filios innocentium occidere ob crimen patrum.

28 Non licet occid. re innocentem pro reipub. liberatione.

29 Quid licite agi posse t tyranno potente sibi radi innocentem.

30 Iudex eum quem esse innocentem sci priuata scientia, ad mortem condemnando secundum allegata & probata, non peccat, nisi id faciat contra suam conscientiam.

31 Si iudex sit inferior debet illum remittere ad superiorem: non item officium suum dimittere.

32 Princeps potest illum liberare, vitato tamen scandalo.

33 Quatenus licita sit carnifici executio sententiae, quam nouit iniuriam.

34 Quatenus licita sit militibus occiso aduersariorum in bello de cuius insufficiens non constat.

35 Quando licet ut cum periculo vite alienae suam servare.

36 Explicatio difficultatis, An licet fœtum excutere, ut mater a morte liberetur.

**R**E hanc non carere difficultate videre est apud Petri  
à Nauar. in lib. 2. De testic. cap. 3. num. 1. 8. & aliquot  
sequentibus. Sed tenendum est cum D. Thomâ 2. quæf.  
6. 4. st. 6. prout tenet Sylu. Homicidium 1. quæf. 2. ver. 2. Ca-  
riet. eo lem verbo circa principium, Sotus in 5. De iure & iure, q. 1.  
art. 7. & à Victoria in elect. de iure belli numero 35. Numquam  
licetum esse dilecta intentione occidere in innocentium iux-  
ta illud Exodi 23. Insontem & iustum non occides. Nec  
obstat quod Abraham occidere voluerit Isac filium suum  
innocentem; quia id volebat ex mandato Dei, qui tan-  
quam virtus dominus vniuersitatis, poterat ad id facultatem  
dare, prout bene ait Sotus sub finem cit. art. 7. Procedit autem  
hæc doctrina quantumvis certo constet talem inno-  
centem furum beatum, quia innocens occisio ex talis  
prætextu, nulla ratione licita redditur, cum & tunc iustitia  
per eam violetur, viupando sibi dominium virtus aliena-  
re, quod solius Dei est: neque sunt facienda mala vtue-  
niant bona.

Dubia de re proposita.

**P**RIMVM EST, An quando licitum est bellum gare  
re ob interuenientem iustam causam, sit etiam licitum  
interficere innocentes, qui hostibus non censibus mixti  
sunt. Hoc tractat à Victoria in *relect. de iure belli num. 34.* &  
*aliqua sequentib.* partemque negantem amplectitur: tum  
quia fundatum iusti belli est iniuria: que illata non  
est ab innocentibus: tum quia non licet in repub. pro deli-  
ctis malorum, punire innocentes: tum demum quia Deut.  
20. mandatus filius Israel, vt quando vice perire civi-  
tatem, alios interficiat quidem, sed parcant mulieribus,  
& parvulis. Vnde inferri idem author in bello contra Tur-  
cas non esse occidendos parvulos nec mulieres, exceptis  
iis quas constaret esse in culpa, additique videri idem in-  
dicium esse decinnoxii agricultoribus apud Christianos: imo &  
de gente togata pacifica, itemque de peregrinis & hospiti-  
bus, qui apud hostes peregrinantur: ac demum de Cle-  
ricis quia omnes tales in bello praesumuntur innocentes,  
nisi contrarium probabiliter constet, ut cum actualiter  
pugnant.

Negandum tamen non est, quin licet innocentes simul cum nocentibus interficeré, quando victoria contra eosdem innocentes nequit alter haberi: ut ibidem num. 37, à Victoria fatetur: proponens exemplum cum iuste opugnatur arx aut ciuitas in qua multos innocentes esse constat, neque bombardæ in eam displodi aut tela mitti possunt, aut ignis subiiciendi adficiunt, quin in innocentes cum nocentibus opprimantur. In quo casu si illicitum esset innocentes occidere, non posset contra nocentes bellum

geri; & ita causa bellantium frustra esset iusta. Itaque occiso innocentum per se quidem illicita est, sed per accidens, seu ex certis quibusdam eventibus potest licita censeri: ut constabit ex post dicendis in hoc ipso capite.

**S E C U N D U M D V B I V M.** An licet ob patris delictum grauissimum, quale est laesae maiestatis, occidere filium ipsius innocentem. Cuius pars affirmativa confirmari videtur ex eo, quod dicitur in lege Quisquis, §. filii Cod. Ad legem Iuliam maiestatis: ex lenitate Imperatoria factum esse ne filii corum qui crimine laesi maiestatis notati sunt, morti tradenter. Innuitur enim, id alias licitum esse. Sed oppositum tenendum est: quia talis occiso perinde ac aliorum innocentium, habet veram ac propriam rationem homicidij, cum non per accidens, ut in bello, sed per se ea fiat; ideoque licere, tanquam de se mala, non possit. Quinimo ex D. Thomas sententia 2.2. quæst. 10. art. 4. ad 2. ne quidem mutilare licet quemquam, absque culpa propria, etiamsi possit alia poena affici, prout in cod. articulo præclare declaratur. Lex vero Quisquis, in contrarium allata, nihil obstat; quia illud inique insinuavit, ut Couart. attigit in 2. var. resolut. cap. 8. num. 1. conclu. 3. per illud Deuter. 24. Non occidentur patres pro filiis, nec filii pro patribus, sed vnuſquisque pro peccato suo morietur.] Quod vero legitur in lib. 2. Regum cap. 21. Dauidem tradidisse septem viros innocentes de stirpe Saul, ob peccatum ipsius, ut morte afficerentur, non etiam ad rem, quia diuina revelatione id factum est, vt ex initio illius capituli sahis intelligitur.

**T E R T I U M D V B I V M.** An licitum sit tradere innocentem tyranno quando aliter resp. liberari non potest à valitatione. De qua re sententia est Sot. lib. 5. de iustitia & iure quæst. 1. artic. 7. & aliquot aliorum quorum meminit Petr. à Nauarr. lib. 2. De restit. cap. 3. num. 119. etiamsi nolit tyranus desistere à deuastanda ciuitate, nisi occidatur innocens qui intus est: reipub. tamen non esse licitum, ea de causa illum occidere, vt nec sacramenta prophana- re, aut hereticas ceremonias inducere ad tales tyrranni petitionem: cum aliqui vitam auferre absque villa sua culpa, malum sit intrinseco, ac diuino naturalique iuri immutabili repugnans, sicut forniciari, vel furari, ita vt innocentem interficere tam sit illicitum ad liberandam rem pub. quam prostitueri puellam. Mala autem non sunt facienda vt euenient bona, ex cap. decimotertio ad Roman.

Ipse vero Petrus à Nauarr. in eod. cap. consequenter talis sententias improbat. Sed quia res est quæ rarissime contingit, in ea nos immorari diutius non est necesse. Itaque contenti erimus quod ea nitatur bona ratione: ad cuius confirmationem facit, quod occisio innocentis absolute prohibita sit, tanquam iniuria non tantum innocentis ipsi, sed etiam Deo cuius est vita illius. Vnde siudem sententiae sunt tum Ludouicus Molina. De iust. & iure tomo 4. tract. 3. disput. 10. tum etiam Petrus Aragonius ad 2. 2. D. Thomas quæst. 64. art. 6. vbi habet inter cetera, quod quamvis innocens pro tali bono communis teneatur ex charitate offerre se hostibus occidendum, rem. tamen non posse ipsum ad id cogere: quoniam illa tunc demum potest suos cives pro communi bono expondere manifesto mortis periculo: cum id fuerit medium per se necessarium ad consulendum publica salutis non item cum fuerit medium necessarium per accidens, seu ex alterius tantum malitia, vt in proprio casu ex malitia tyrranni. Nec refert quod innocens teneatur tunc ex charitate se tradere: quia teneatur etiam quis ad martyrium subeundum se exponere, cum necessarium est ad Dei gloriam: nec tamen potest ad id à repub. cogi, etiamsi puniri possit propter peccatum quod commitit, nolendo facere id quod tene- ture ex charitate, sicut punitur si recuset eleemosynam facere constituto in extrema necessitate, aut vendere suum triticum tempore famis.

Sed quæres, quid iutis sit cum tyrranus solum petit innocentem sibi tradi, ac nisi tradatur cæsarius non sit à repub. deuastatione. Respondetur, non videri dubium quin repub. permittere possit vt innocens à tyrranno capiatur; nimis tamen non cooperando ad illius defensionem,

sed habendo se ad eam negatiue. Neque enim tenetur repub. cum tanto damno suo illum à morte eruere. Præterea videti satis probabile, quod respub. possit absolute in eo casu tradere innocentem tyrrano ad euadendum adeo grande periculum: non intendendo tamen vt is interficiatur, etiamsi probabile sit interficiendum esse: perinde ac tempore belli cogi vt stationem suam obeat, cum aper- to mortis periculo & in extrema necessitate auferre potest ei ex manu panem necessarium ad salvandam vitam Principis. Ratio autem est quia talis traditio de se non est mala, sed indifferens, atque si qua malitia cernatur in ea, so- lumen est ex parte tyrranni ob animum ipsius depravatum, cui respub. non consentit, prætendenstantummodo suam liberationem. Neque est perinde in tali casu tradere tyrrano innocentem, atque illum occidere; nam istud in- trinseco malum est; illud vero est indifferens, prout tenet se ex parte repub. & insuper sit optimo fine, & legitima autoritate superioris in inferiorem: neque Sotus potest id negare cum admittat simile, affirmando scilicet innocentem ipsum posse illo modo offerte se actradere tyrrano pro salute repub. cum tamen ei non licet se occidere ad petitionem tyrranni.

**Q U A R T U M D V B I V M.** An si aliquis vere sit inno- centis sed secundum allegata & probata nocens esse con- cingatur. Index qui secundum priuatam scientiam certus est de illius innocentia, peccet condemnando ipsum se- cundum ea ipsa allegata, & probata. Ad quod cum D. Thomas 2.2. quæst. 67. art. 2. negative respondent Caiet. ibi- dem & in verbo Homicidium Sylvest. verbo Iudex 2. quæst. 5. & Sot. 5. de iust. & iure quæst. 4. art. 2. Couart. in 1. var. resolut. cap. 1. Petrus à Nauarr. lib. 2. de restitut. cap. 3. num. 152. & aliquot sequentibus, & alijs quos hitres citat, referentes quo- que contrarie sententias propugnatores. Ratio vero est, quia cum Index sententiam ferat tanquam persona publi- ca, is actum publicum exercens potestate publica, debet eam ferre secundum scientiam publicam, vt seruetur de- bita proporcio notitiae, cum potestatis visu. Publica autem scientia est, quam Iudex habet ex actis secundum leges. Qua ratione cum cognoscat innocentem esse cum, quem alias priuata scientia innocentem esse nolet: licet illum morti adiudicat: neque illi talis occisio, etiamsi innocentis sit, imputatur ad peccatum, tanquam ab ipso non per se, sed per accidens commissa. Neque etiam putandus est eo nomine peccare, quod contra propriam conscientiam faciat: quia quamuis sciat innocentem esse, non habet ta- men hanc conscientiam practicam, Iste non est occidendum, vel dubium an sit occidendum: quam si haberet, eaque manen- te sententiam mortis ferret, mortaliter peccaret, ex Nauarr. ad cap. Si quis autem, De penitent. distinet 9. num. 128. Patetque per doctrinam communem de conscientia, propositam a nobis in preced. lib. 13. tract. 2. Vnde ad ex- quendum tunc sine peccato munus suum, talem cōscien- tiā deponere debet: vt secundum antedicta, rationabi- liter potest. Adiuver autem quod si Iudex à principio pos- sit accusationem nem repellere, vel ita eam præuenire, vt ad ul- teriora non procedatur, debeat tali cautela tunc vti, ex Caiet. in cit. artic. 2. verbi finem: itemque curare vt si ad in- terrogationem testimoniū veniendum sit, diligenter eos in- terroger, ad falsitatem si possit deprehendendam, exem- plo Danielis, prout monet D. Thomas 2.2. quæst. 64. artic. 6. ad 3.

Sed rogabis, An si Index sit inferior, debeat in pro- posito casu innocentem ad superiorem remittere iudican- dum. Responderetur, quod licet Sotus in 5. de iust. & iure quæst. 4. artic. 2. neget id esse necessarium, contrarium tam- men, quod Sylu in verbo Iudex 2. quæst. 5. insinuavit, videri potius tenendum; quoniam licet tale diuerticulum nō pro- fit ad liberandum innocentem, vt Sotus arguit; prodest tamen vt innocentis vita porciatur, durante saltu eo inter- uallo. Quocirca missio ea, si absque præjudicio legum possit fieri, omittenda non est.

An autem Index si possit innocentem liberare dimi- tendo officium suum, teneatur ad id, non constat. Sylvest. quidem loco cit. putat Iudicem ad id teneri, Sotus vero negat. Petrus autem à Nauarr. loco cit. pro viraque parte

plures citans, rem latius persequitur. Sed satis est notare, videri relinquendum prudentis arbitrio, an ea officia iactura talis sit, quam Iudex ex vi ac lege charitatis teneatur subire pro eiusmodi proximi bono. Aduerte autem obiter, quod si Iudex aperiendo carcere liberare possit innocentem, debeat illo remedio (cessante tamen scandalo) vti, ex Soto in eod. art. 2.

32. Rogabis secundo, An vt Iudex inferior, sic Princeps nequeat secundum priuatam conscientiam liberare innocentem. Respondeatur, liberare posset quia cum Princeps solitus sit legibus, rectaque ratio conuinat liberandum esse innocentem: dubium non est quin id licite faciat, prout docet Couarr. in 1. var. resol. cap. 1. num. 7. sub finem. Debet tamen Princeps ipse, iuxta Caet. (cuius ibidem Couart. meminit) 2. 2. quæst. 67. art. 2. vt scandalo occurat, iuramento publice affirmare, se certum esse de re innocentia.

33. Rogabis tertio, An etiam excusandus sit carnifex qui exequitur homicidij sententiam quā priuata scientia nouit iniustam. Respondeatur, excusandum esse, vt post Caet. ad citatum D. Thome articulum 2. in fine, tener Couarr. in eod. cap. 1. num. 10. Pro quo ex cap. Pastoralis. §. Quia vero, De officio delegati, sumi potest hæc ratio: quod ad subditum nihil aliud pertineat quam exequi quod ei iubetur. Quanquam negandum non est, quin executor quamdiu iuste seu falso obedientia potest, debet efficerre ne eiusmodi sententia executioni a se mandetur; & contendere vt ab ea implenda liberetur: sicut ex eodem textu quoque habetur.

Ad quod si prefata sententia errorem manifestum contineret, non debeat carnifex illam exequi: quia tunc non tenetur obediens, prout post Caet. & quodam alios notat Couarr. in eod. num. 10. Probaturque satius per cap. Inter ceteras De sententia, & re iudicata. Ex glossa autem finali ibidem contingit error manifestus, si ex ipsam sententia appearat contra ius eam latam esse. Et ita concedendum est, quod si tyrannus absque villa causæ cognitione, mandato nudo præcipiter occisionem, non esse parentum: quia tunc non procedit tanquam Iudex; neque ratio villa est cur oporteat ei parere, iuxta antedicta numero 12. de obseruando iuris ordine.

34. Rogabis postremo, an excusandi sint milites qui de iniustitia belli quod gerunt dubitantes, aduersarios ex praescripto suorum superiorum occidunt. Respondeatur, excusandos quoque esse: quia inferior in dubio tener superiori obediens, & nominativi in bello gerendo, vrex cap. Quid culpat 23. quæst. 1. satis confat: expresuramque Caet. in verbo Homicidium Nauarr. ad cap. Si quis autem De penitentia distinct. 7. nu. 8. Sotus in 5. de iust. & iure quæst. 3. art. 3. ante solutionem primi argumenti, & à Victoria in recte iure belli num. 31. Id autem intelligendum est, dummodo milites ipsi dubium practicum deponant per eam rationem, quod vbi non est manifesta iniustitia, obediendum sit superiori præcipienti, iuxta cap. Inquisitione, de sententia excommunicati. §. 2. Et quia ut ibidem à Victoria argumentatur, Princeps non potest tempor, nec deberationem reddere bellum à se suscepiti: siue subdit non nisi intellecta iniustitia belli militare possent, resp. frequenter patere iniurias hostium. Recte quoque idem à Victoria in præcod. num. 22. docet, quod si subdit constet de iniustitia belli, non licet ei militare, etiam ad imperium Principis: id quod habetur etiam ex memorato cap. Quid culpat. Item quod si subdit conscientiam habeant de iniustitia belli, non licet eis bellum sequi quamdiu illam reuident, siue erronea sit, siue non sit; quia quod sit contra conscientiam etiam erroneam, peccatum esse ostensum est in præced. lib. 13. cap. 8.

QVINTVM DVBIUM, An propter necessitatem quae quis premitur, liceat ei ad mortem euadendam protrudere alterum in flumen, vel ex alto agere præcipitem, vel conculcare in via, quando fugiunt hostes à quibus queritur ad necem: & alter ille præter expectationem in loco angusto occurrit.

Sextum est, An cum plures sunt in nau, liceat aliquos ex iis proliicere in mare orta tempestate, vt ceteri saluentur.

Septimum, An licitum sit in naufragio eripere alteri tabulam, aut in tempore famis eripere panem si ambo sint in extrema necessitate. Octauum, An liceat alicui interficere innocentem ne ipsam a tyrapno occidatur. Nonum, An liceat excutere ferum mulieris grauidæ, vt ea liberetur a morte, cuius aperto periculo exponitur.

Ad que paucis respondetur: ad quintum quidem, cum Petro à Nanarr. lib. 2. dæficit. cap. 3. num. 135. id non licet si certudo sit moralis, morte innocentis inde securatam; quam inferre nunquam licitum esse, antea habitum est. Sin autem aliqua probabilis spes esset non securatam mortem, rūnus fugientem (lacet in eo spes ipsum scellerari) non censeri homicidij tecum. Cuius responsionis ratio est, quam idem author habet in sequen. num. 135. quod ille innocens, sicut & iste fugiens, habeat ius ad eum locum, iustumque habeat illius post illionem. Unde siue illicitum esset pacem vel tabulam, quam alter est a securus, quale extreme indiget ad propriam salutem, ei auferre: ita & in proposito casu, cum quis à loco quem iuste possidet, & in quo inculpabiliter manet nequit recedere sine vita sua diuincere, adeo ut extreme egeat illo. Dixi in culpabilitatem, quia non videtur habenda ratio illius qui crederetur ibi hærente per suam aut aduersarij maliciam: nisi quod cauenda sit directa intentio occidendi. Cum vero dubium fuerit, mortem innocentis eventuram, ideo non erit homicidium, quod non tenetur quis cerro mortis periculo se committere, vt in dubio conferuet vitam alterius, etiam innocentis; quanquam tenetur eam circumspicione adiubere, quam pro tempore & loco potest, ne tali noceat.

Ad sextum vero: si omnes sint contenti, posse tunc sortibus rite missis definiri quinam proiciendi sint, & eos super quos fors occidetur proies, sicut factum est Ionæ 1. aut certe cum omnes ad natum per ius habeant, fortitudinem transfigi, nam cum duο æquale ius habent ad eandem rem, vterque potest vti iure suo, neuterque tenetur cedere alteri, sed potest res transfigi fortitudine; quemadmodum in bello virtus iuste, milites posse aduersarios vtrinque interficere, etiam si forte innocentes sint.

Ad septimum, tale quid non licet: quia non est patius utriusque, sicut in præcedenti causa. Nam ille qui tenet possidet, potiorem titulum habet iuxta regul. 65. iuri in 6. In pari dilectione vel causa, potior est conditio possidens.

Ad octauum respondeatur; id nequaquam licere. Ratio est: quia ille qui per coactionem hominis mali nocet alteri, efficit minister iniquitatis ipsius: quod nullo modo licet.

Ad nonum respondetur; id direcere licere, quando factus mortuus est in verio: quia nihil datur quod obliter. Quando vero capax est vite, sed nondum vivit: non licet quidem direcere: quia talis excusio est de se illicita, perinde ac pollutionis procuratio; vt pote quæ (frustrando nimis lemen fine ad quem natura ipsum destinat) perinde contra est naturæ generationis humanæ, nec est de se medium in factum ad recuperandam sanitatem. Indirecte autem possit licere: nempe si mari periculoso laboranti non superfluit aliud accommodatum remedium, quam tale pharmacum, quod etiæ directe tendat in ipsius curationem, habet tamen coniunctum abortionis periculum: propter hoc enim mater (dummodo abortionem non intendat direcere) non impeditur post suscepit semen virile, præne ante, vt remedio necessario ad conservationem vita sua, quam non tenetur poterit alienæ, maxime existenti columnmodo in potentia.

Quando autem factus vivit infusa in eum anima rationali, nullo modo licitum esse præbere mati medicamentum etiam directe curantium, cum valde probabile periculo prolis, quam probabile est vitam alioqui edendam. Itud atque præcedens docent Sylvest. in verbo Medicus, quæst. 4. Armil. in verbo Aborsus num. 2. Nauarr. in Enchir. cap. 25. num. 62. & alij quos refert Petrus à Nauarr. in lib. 2. de refit. cap. 3. num. 137. Probatur vero: quia ob necessitatē spiritalem proximi tenemur vitam nostram corporalem, quando illa id requirit, exponere; iuxta illud

i. Joan.

1. Ioan. 3. Nos debemus pro fratribus animas ponere. Sed in eo casu si infans interficiatur, eterna salute priuabitur ob defectum baptismi. Quare tenetur mater vitam suam corporalem pericolo exponere potius, quam occasio- nem dare morti sui infantis; per quam eterna salute irre- mediabiliter priuabitur. Dicitum est autem: cum vallepro- babilitate pericoli prolis: quia, ut Petrus à Nauar. exprefit in e- quent. nu. 14. si probabiliter constaret quod matre expo- sita extremo mortis pericolo infans vivere nequeat, sed moriturus sit cum matre; huic sanguis minui, aliaque medicamenta porrigi possunt ex quibus speratur alterum duobus salvandum esse. Arque iuxta Nauar. in eod. nu. 62. non peccabit medicus, si credens probabiliter sce- ntu non esse animatum anima rationali, matre periclitanti de vita, pharmacura iuxta antedicta prebeat: quo eam à tanto periculo liberet. Non enim est locus repre- hensionis in eo qui ratione probabiliter innixus agit. De his videri potest Thomas Sanchez in lib. 9. de matrimonio disput. 20. per totam, & Lessius lib. 2. de iustitia & iure, cap. 9. dub. 10.

## C A P V T . I V .

In quo explicantur, an aliquando liceat occidere seipsum.

## S V M M A R I V M .

- 37 Seipsum dedit opera occidere non licet, cum homo non sit vi- te sue dominus.  
 38 Solatio obiectionis de Sampsoni & nonnullis aliis, qui non reprehenduntur ex eo, quod sibi mortem intulerint.  
 39 Nec facilius atque conseqüenda gratia, nec in causa religionis, aut ad virginitatis conseruationem licet mortem sibi con- scire.  
 40 Tenetur homo vitam propriam conservare.  
 41 Inter actus eidem conseruationis contrarios, quidam nun- quam, & quidam aliquando liceat seipsum.  
 42 Quando liceat, aut non licet permittere se ab aggressore oc- cidi.  
 43 Permittendum esse potius se occidi, quam fornicationem aut aliud intrinsece malum committere.  
 44 Quando damnandus ad mortem posset non fugere oblati fu- giendi commoditate.  
 45 Homicidio occultus non tenetur se detegere ad liberandum eum qui tanquam reus loco ipsum, afficiendus est extremo suppicio.  
 46 Secus est si suo testimonio falso ipsum exposuit tali periculo.  
 47 Varijs casus in quibus licet vitam suam pericolo exponere.  
 48 Quando mortaliter peccator breviando vitam per abstinen- tiā a cibis.  
 49 Quando à tali peccato posset esse excusatō.  
 50 Explicatio dubij de eo qui fecit votum abstinendi a carnibus. An posset illis vesci, cum id illinessarium est ad vitam conseruationem.  
 51 Cum nec sarcinum est ad vitam conseruationem, vesci licet cibis veritis: nisi quod specialis ratio sit de carnis humanis.  
 52 De obligatione obediendi medico precenti sumptionem certi pharmaci proxime conseruationem.  
 53 Non licet utilare seipsum, exceptis duabus casibus.  
 54 Obligatio ad conseruationem sui, cessat in quatuor casibus.

37. **I**CET excusatō à peccato qui præter omnem suam intentionem interficit se, vt accidit mulieris de qua mentio est in cap. Et parte 2. De se- pultris) semper tamen illicitum est seipsum occidere, vt post D. Thom. 2. 2. quæst. 64. art. quinto habent Sylvestri. Homicidium 1. nu. 4. Nauar. in Enchir. cap. 15. nu. 11. Couar. in 1. variar. resolut. cap. 2. num. 9. Sotus lib. 5. de iust. & iure quæst. 1. art. 5. Petrus à Nauar. lib. 2. de restitut. cap. 3. nu. 14. & aliquo sequenti ab Ludouic. Molina de iu- stitia & iure, tomo quarto, tract. 3. disput. 9. Et que sententia D. August. in 1. De ciuit. à cap. 15. ad 26. constatque ex cap. si non licet, & tribus sequenti. 23. quæst. quinta: in quorum ultimo, sumptio ex Concil. Bracharense, prohibetur ne villa pro eis in obligatione fiat commemoratione: neque cum psalmis ad sepulturam corpora eorum deducantur.

Confirmatur etiam aperta ratione, quia id est contra charitatem, quam homo sibi debet: & suo etiam modo contra iustitiam, cum dominum exercet in vitam; cuius ipse dominus non est, ex lege, Liber homo est. Ad legem Aquiliani: quod Sotus tractat in 4. De iust. & iure, quæst. 2. art. 3. & post ipsum Ludouic. Molina in p̄ced. diligit. prima. Vnde est, quod si quis alterum de ipsis eriam cō- sensu interficerit, non sit à culpabiliter; quia scilicet: alter ille talem potestatem ei facere nequivit: utpote vita propriæ dominum non habens: sicut David. 2. Reg. cap. iuste puniuit morte Amalecitem, qui Saulem ad ipsius p̄tectionem interfecit.

Si obiicias factum Sampsonis Iudic. 16. qui alios occi- dendo, scipium etiam necauit. Respondetur id fecisse Dei revelatione prout habetur ex cap. Si non licet, 13. quæst. 5. & ex D. August. in lib. 1. De ciuitate cap. 21. refert D. Thom. in cit. art. 5. ad 4. Dicit potest etiam Sampsonem ipsum, absque alia dispensatione, ut ad commune bonum interimeret hostes, tanquam fortissimum militem voluisse periculo se obiicere; prout habet Sotus lib. 2. De iustitia & iure quæst. 3. art. 8. ad 3. & ante eum Franc. à Vi. c. in rel. de homi- cid. num. 37. Actus enim fortitudinis est, vitam exponere pro republ. Quo etiam nomine fortissimus Eleazarus à culpa excusat, dum cum tanto yīte pericolo elephan- tum interemit, ut Machabæorum narratio historia lib. 1. c. 6. Similiter à peccato excusat qui ingressus in hostium na- nem, auctō domum: illam submergit, aut hanc incendit ut hostes ipsos iuste puniat quantumvis peiturus sit cum eis. Excusari quoque potest ille qui post latam in se à Iu- dice sententiam mortis, ut ostendat se libenter pari pro- prietatem; sua sponte scalas ascendit, aut manus por- rigit ligadas, aut cervicem submittit carnifici, aut immissum in os à carnifice venenatum poculum haerit; quo- niā ille qui cooperando Iudicis sententia ac mandato tale quid facit, non tam agit quam patitur libenter; prout notat Sotus. 5. De iustitia & iure quæst. 6. in fine. Id quod procedit iuxta Couar. in 1. var. resolut. cap. 2. num. 10. ver. 5. siue quis iuste, siue iniuste sit condemnatus.

Potest etiam metus maiorum tormentorum in hac re excusat: quia cum quis cogit, actio non est tam ipsum, quam cogentis. Sieque possunt excusari Catholici, qui nostris temporibus sunt ab hereticis coacti bibere vene- num, vel ex altis locis le precipitare, grauiora alioqui passuri tormenta. Excusari quoque potest is qui gravante incendio si non suppetat alia ratio euadenda mortis tam horrendæ, deiiciet se è sublimi cum certo vita periculo. Ad quod facit non sit homini prohibitus ne unquam exponat vitam periculis; sed ne sine iusta causa ex- ponere, nec tanquam habens exosam, auferat sibi eam.

Ex hac autem proposita difficultatis explicatione deducitur primo, mortaliter peccare eum, qui sibi mortem conciscit, quantumvis id faciat felicitatis conseqüētæ gratia, aut ut huius vita miseras cuadat, prout norauit D. Thomas 2. 2. quæst. 64. art. quinto, ad 3. Deducitur secun- do nulli vñquam liceat seculfa diuina iussione, etiā causa religionis & martyrii vñtra scipium ingulare, aut veneno occidere. Itud Couar. norat in memorato cap. 2. num. 9. ver. 2. & post ipsum Petrus à Nauar. lib. 2. De iust. cap. 3. nu. 107. Immo neque feminis licet seipsum occidere ne ab alio constupretur (vt est ibidem D. Thom. & recepta sententia) quia in muliere per vim opprimi, cūmen non est, si consensus abit: tunc enim potius dicitur pati quam age- re. De qua re Nauar. in Enchir. cap. 16. "um. 1. proque ea multi canones habentur 32. quæst. quinta. Norat autem D. Anton. 2. par. 5. cap. 6. sub finem; quod etiam si virgo in eo casu signacula virinitatis & virginitatis, non perderet, tamen virginitatem, debeaturque ei, inquit ille, aureola virginitatis: quod etiam docet Sotus in 4. distin. 49. quæst. 5 art. 2. cond. 2.

Quod si obiicias, minus malum esse propriam occi- sionem, quam à Dei charitate excidere; ideoque ad istud viandum, illam licite elegi posse. Respondetur negando fœminam per hoc quod vi opprimi mitur excidere à Dei charitate. Si virgas saltem constituti in periculo consensus in peccatum. Respondetur euentum periculi esse incer-